Quarto ergo, alii validè probabilitate censem, hos 70 annos inchoandi esse à transmigratione Joachin, sive Jechoniam, aut à clade et morte Joachim, qui facta est anno regni eius 11, una enim eadem censemur haec clades et captivitas facta sub Joachim, et facta sub Joachin. Inter utramque enim tantum intercesserant tri menses. Probatur haec sententia 1<sup>a</sup>, quia prima nobilis vestitas, et communis captivitas facta fuit anno Joachim et Joachin, nū paulo ante ostendit, idque patet 4 Reg., 24, v. 12; 2<sup>a</sup> quia Jeremias hoc cap. post transmigrationem Joachin dicit vers. 10: *Cum impletu fuerit in Babylonie septuaginta anni* ; ergo ab eis illi inchoantur inchoandi : tertio, quia ab hæc transmigratione Jechoniam, quasi ab era communis captivitas, et secuti illius, prophetas suas numerat et consignat Ezechiel, cap. 1, vers. 2, et deinceps; 4<sup>a</sup>, quia S. Matth., c. 4, 11, hanc captivitatem vocat transmigrationem Babylonis ; quia scilicet Jechonias sponte se dedidit Chaldeis, et non vi abductus est, sed ultra transmigravit in Babylonem ; 5<sup>a</sup>, quia hi 70 anni statuti sunt non propriè et directè imperio Babylonis, sed captiviti Judæorum, ut patet ex hoc loco, et ex c. 25, v. 8 et 11. Unde et Daniel, c. 9, 2, et Zachari, cap. 1, 12, hos annos 70 vacant servitutis et desolations Iudeorum, idque in ponam peccatorum ejus ; quia enim ipsa ab anno 13 Josiae usque ad 11 Joachim, noluit audire prophetas, presertim Jeremias, per 51 annos concionantem ; hinc Jeremias in ponente tunc contumaciter vocans et ponamus et perennitatem 70 annorum in Babylonie, ut tempus poneamus duplum (et amplius) temporis culpe. Desolatio autem Judeorum copul hoc anno 11 Joachim : ergo inde inchoandi sunt hi 70 anni ; indequæ facile eos computabis hoc modo : annis 11 Joachim fuit 8 Nabuchodonosori, qui regnavit 44 annis : ab anno ergo ejus 44, habes annos captivitatis 56, his addo annis 34 Evilmerodach et Balsarus, habebis annos 70 captivitatis, ut dixi Daniel, 1, v. 4. Quare haec sententiam multi moderni chronologi valde probabilem judicant : unde eam proposui in tabula chronologica, quam initio Pentateuchi exhibui.

Dicō : Anno 4 Joachim dicitur c. 25, v. 1 et 11, quod omnes gentes ista seruent regi Babylonie septuaginta anni : ergo ab anno quarto Joachim hi anni inchoandi sunt. Respondeo negando consequentiam : prophetia enim non est de tempore presenti, sed futuro. Predicunt ergo ibi Jeremias, anno 4 Joachim inchoante, quod post annos octo, scilicet anno 11 Joachim, incipiunt Judei et alii gentes servire Chaldeis per 70 annos. Certum enim est Ammonitas, Moabitas, Colesyrii, Egypti, et alias gentes, quæ post ultimam vastationem Hierosolymæ subiectæ sunt à Chaldeis, teste Josepho, lib. 10 Antiq., 11, eis non servivisse 70 annis. Vide dicta c. 25, 11, et c. 27, v. 7. An hi 70 servitios sint idem cum annis 70 desolations, de quibus Zachari, cap. 1, v. 12, ibi dicam.

VERS. 12.—INITIS, inceditis, sub. in via meis. (Vel redibitis in patriam, ut inuit posterius membrum.)

VERS. 15.—QUUM QUESIENTIS, etc., quia requiretis me toto corde vestro.

VERS. 15.—IN BABEL, cum prepositione affixa que denotat motum ad aliquem locum, q. d., in Babylonem, seu Babylonem usque, ut infra, v. 20. Sensus est : Quia agnoscis iuxta Dan. 9, 6, et 12, à Deo vestri causa excitatos prophetas qui predicabant vos ituros in Chaldeam, id est, fidem illis adhibuistis. Vatabus referit ad sequentia et intelligit de falsis prophetis qui Babylone vaticinabantur exilis inde brevem redditum, supra, 28, 1. Obstat huc interpretationem, quod illi de quibus sermo est usque ad vers. 20, nondum Babylonem translati fuerint.

VERS. 16.—PROFECTO SIG DIXIT, etc., vel quia inquam, sub talia dixisti, vel, scito quod, etc. Potest esse apostolensis : irascitur enim pseudoprophetas impossuisse illis.

VERS. 17.—GLADIUM, id est, milites qui eos perimunt. TURPES, sordidas. (Vid. supra, 24, 2.)

VERS. 18.—ET DABO EOS, etc., id est, dispersgam eos per omnia regna. Vide aliam expositionem Hebraeorum hujus, supra, 24, 9.

VERS. 19.—QUE MISI, etc., vel cim misi, etc. Et non audiuntis. Secunda persona pro tertia, non obverunt.

VERS. 20.—VOS AUTEM. Vos ergo exiles.

VERS. 21.—ECCE EG TRADO. Præs. Hebr., profut., ego quidem tradam, vel, tradiratus sum.

VERS. 22.—MALEDICTIO. (Vid. supra, 24, 9.) Commissus (1), vel, assauit (de quo Babyloniorum more,

Vid. Dan. 5, 6.) (1).

VERS. 23.—NOMINE TUO, id est, tua auctoritate, non mea. SACERDOTEM (secundum scilicet, juxta 2 Reg. 25, 18.)

VERS. 26.—PRO JEROADA (id est, Jeroada zelum imitari debes, de quo 2 Reg. 11, 18, Grotius). Ducas, praefecti (qui falsos prophetas, qualis in ejus mente erat Jeremias, apprehendi current, juxta Deut. 18, 20). FURIOSO, arreptivo, vel maniaco. (Designat pseudoprophetam, qualis Pythia describitur ab Aristophanis scholiastis ad Pluton, et Lucani, lib. 5. Nam spiritus prophetarum ipsi subiecti sunt, 1 Corinth. 14, 32.) Ita dicebantur prophetæ cum acti essent spiritus sentient Hebrei, vide Hieronym. et Glossa ordin. simplum ex codice. Unde dubitari potest, an ihi duo pseudoprophetae sint idem cum duobus illis presbyteris seu judicibus, de quibus Danielis 13, in historiâ Susanne. Sed non appareat, quia hi, de quibus hic Jeremias, fixi dieuntur in igne, illi lapidati. Item quia hi iussi regis Babylonis affecti supplicio ; illi ex decreto ei sententia populi Judæi, qui erat in Babylonie : item hi prophete, illi judices. Tu tamen, lector, exactius inquire. Interim, quia dicitur rex Babylonis eos frixisse in igne, magis puto referendum esse ad crimen rebellionis ; quia fortè vaticinie, mendacius excitabant captivos ad studium rerum novandarum ; dicentes brevi futurum, ut in terram suam redirent, ut capite preceps., ab Haman pseudopropheta factum patet. Si queras, cur duo illi seniores, de quibus apud Danielem, iudicati fuerint à populo, hi autem duo à rege ; solutio est, quia quavis rex Iudeis permisisset iudicia secundum consuetudinem legis sua, etiam in quibusdam criminalibus ; criminata graviora presertim hæc majestatis, sine dubio sibi reservari.

(1) EO QUOD FECERINT STULTITIAM IN ISRAEL. Stultitia frequenter in Scripturis pro sceleri usurpat, sexus hospes levita, cuius uxore Gabatæ indignissimæ aut sunt, cives horribantur : *Cessate ab haec stultitia*. Thaman, cum Amoneos sudere conaretur, ne sibi stuprari inferret, siebat : *Noli facere stultitudinem hanc*. Sapienti plerisque insanum optimo vivendi instituto opponit, Isaías simulationem et flagitia sub insanio nomine Hebrews exprobavit : *Omnis hypocrita est et nequam, et universus os locutum est stultitiam*. Se pœnasce patet David, habito populi censu, iniquis : *Peccaui nimis facerem hoc : obscoeno, enser iniquitatem servi tui, quia insipiente egī*.

ERI SUM IUDEX ET TESTIS, DICIT DOMINUS. Iniquum non est, Deum ei judicis et accusatoris partes agere. Ibi iniurias majestatis sue irrogatas ulciscitur iracundia aut sexu illa agitur. Ipsa est veritas, equitasque, neque illi impunita homini arguere iniquitatis aut sevitiae potest. Nemo damnatorum est, qui sequitur in se esse damnatum esse non sentiat. Claudius hic Jeremias epistola ad Judeos Babylonicos.

ET AD SEMEAM NEBELAMITES DICES. Nullus noscitur locus, Nebelam appellatus. Putant nonnulli, expressam data operâ hie esse ab Jeremias hanc appellacionem, que somnato, delirum, amens significat. Que hic narratur, gesta sum Hierosolymis, reversis Sedeceis legatis, qui epistolam Jeremias Babylonem detulerant. Semelites Nebelamites, è Babylonis capti vi, offensus Jeremias libertate, quæ is litteras ad captivos in Chaldeam morantes dederat, hortatusque fuerat ut liberos Babylonie crearent, certaque illi sedes constituerent, litteras et ipse ad Sophonianum templum praefecit, illud dannans quod hierosolymam ceu turiosum, et propheticis nominis simulacrum vinculis non coercerit. Semeia epistola Sophonianus Jeremias audiente perlit ; atque hoc statim Jeremias falso isti prophete respondit.

(Calmet.)

ritu sancto. ET PROPHETANT, qui singit se prophetam; id significat verbum in conjugatione *hithpahel*. (Vid. P. Guarin, tom. 4, p. 155.) IN CERCEREM. Quidam dicunt vocem Hebreorum *Mahpecheth* significare instrumentum ex duobus lignis, quo colum astringitur. (Vid. supra, 20, 2.) IN NERVUM, vel, in domum manicarum ferreiarum, sive lignearum.

VERS. 27. — PROPHETANT VOBIS, qui se venditat pro propheta apud vos?

VERS. 28. — Quia, etc. Nam propterea, ut scilicet videatur propheta. Misri, sub. litteras (sup. hic 1).

## CAPUT XXX.

1. Hoe verbum, quod factum est ad Jeremiam à Domino, dicens :

2. Hoc dicit Dominus Deus Israel, dicens : Scribe omnia verba que locutus sum ad te, in libro.

3. Ecce enim dies venient, dicit Dominus : et convertant conversionem populi mei Israel et Iuda, ait Dominus : et convertant eos ad terram quam dedi patribus eorum, et possidibunt eam.

4. Et hae verba que locutus est Dominus ad Israel et ad Iudam :

5. Quoniam haec dicit Dominus : Vocem terroris audivimus : formido, et non est pax.

6. Interrogate, et videbitis si generat masculus : quare ergo vidi omnis viri manus super lumbum suum, quasi parturientes, et conversae sunt universae facies in auriginem?

7. Vix, quia magna dies illa, nec est similis ejus : tempusque tribulationis est Jacob, et ex ipso salvabitur.

8. Et erit in die illa, ait Dominus exercitum : conterat jugum ejus de collo tuo, et vincula ejus dirumperunt, et non dominabuntur ei amplius alieni :

9. Sed servient Domino Deo suo, et David regi suo quem suscitabo eis.

10. Tu ergo ne timeas, serve meus Jacob, ait Dominus, neque peaves, Israel : quia ecce ego salvabo te de terra longinquâ, et semen tuum de terra captiuitatis eorum : et revertetur Jacob, et quiescet, et cunctis afflixit bonis, et non erit quem formidet.

11. Quoniam tecum ego sum, ait Dominus, ut salvem te : faciam enim consummationem in cunctis gentibus, in quibus dispersi te : te autem non faciam in consummationem : sed castigabo te in iudicio, ut non videaris tibi innoxius.

12. Quia haec dicit Dominus : Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.

13. Non est qui judicet iudicium tuum ad alligandum : curatio cum utilitas non est tibi.

14. Omnes amatores tui oblitii sunt tui, teque non querent : plaga enim inimici percussit te castigatione crudeli : propter multitudinem iniquitatis tuae, dura facta sunt peccata tua.

15. Quid clamas super contritione tua? insanibilis est dolor tuus : propter multitudinem iniquitatis tuae : propera dura peccata tua feci tibi.

16. Propterea omnes qui comedunt te, devorabuntur, et universi hostes tui in captiuitatem ducentur :

LONGUM EST, ad verbum, longa vel diurna. (Hebrei carent neutro, et ejus loco usurpant femininum.) (4)

VERS. 32. — NON ERIT EI VIR, neminem habiturus est qui habitet. (Vid. Deut. 28, 18.) FACIO, vel, facturus sum.

(1) LEGIT ERGO SOPHONIAS IN AURIBUS JEREMIE, vel, 1<sup>a</sup> quia illi favebat, unde non semel ad prophetam missus erat, Jer. 21, 1, et 57, 5, vel, 2<sup>a</sup> nolens prehendere inauditorum ; vel, 3<sup>a</sup> ut Jeremias alio accusante heret, et odio, vel potius furor, populū objecetur.

(Synopsis.)

## CHAPITRE XXX.

1. Voici la parole que le Seigneur adresse à Jérémie, disant :

2. Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Ecrive dans un livre toutes les paroles que je vous ai dites.

3. Car le temps vient, dit le Seigneur, où je ferai revenir les captifs de mon peuple d'Israël et de Juda, dit le Seigneur : je les ferai revenir à la terre que j'ai donnée à leurs pères, et ils la posseposeront.

4. Voici les paroles que le Seigneur a dites à Israël et à Juda :

5. Voici ce que dit le Seigneur : Un bruit terrible a frappé notre oreille ; l'épouvante est partout ; et il n'y a point de paix.

6. Demandez, et voyez si ce sont les hommes qui enfantent ; pourquoi donc vois-je maintenant les hommes qui tiennent leurs mains sur leurs reins, comme une femme qui est dans les douleurs de l'enfancement ? et pourquoi leurs visages sont-ils tout jaunes et défigurés ?

7. Hélas ! que ce sera là un grand jour ! il n'y en aura point en de semblable. Ce sera un temps d'affliction pour Jacob ; et néanmoins il en sera délivré.

8. En ce temps-là, dit le Seigneur des armées, je vous ôterai du cou le joug de vos ennemis, et je le briserai ; je romprai vos chaînes, et les étrangers ne vous domineront plus.

9. Mais ceux d'aujourd'hui serviront le Seigneur leur Dieu, et David leur roi, que je leur susciterai.

10. Ne craindez donc point, vous, ô Jacob, mon serviteur, dit Seigneur : n'ayez point de peur, ô Israël ; car je vous délivrerai de ce pays si éloigné où vous êtes, et je tirerai vos enfants de la terre où ils sont captifs ; Jacob reviendra, il journa du repos ; et il sera dans l'abondance de toutes sortes de biens, sans qu'il lui reste plus d'ennemi à craindre ;

11. Car si suis avec vous pour vous sanver, dit le Seigneur : exterminalis vos les peuples parmi lesquels je vous ai disperses ; et pour vous, je ne vous perdray pas entièrement ; mais je vous châtierai selon ma justice, alii qui vous ne, vous croirez pas innocentes.

12. Car voici ce que dit le Seigneur : Votre blesure est incurable ; votre plaie est très-malgrise.

13. Il n'y a personne qui juge comme il faut de la manière dont elle doit être bandée ; tous les remèdes qu'on emploie pour vous guérir sont inutiles.

14. Tous ceux qui vous aiment vous vous oublieront, et il ne vous plus vous chercher ; car je vous ai frappé en ennemi, que vous ai châtié cruellement, à cause de la multitude de vos iniquités et de votre endurcissement dans le péché.

15. Pourquoi croiez-vous que vous vous sentez briséee de coups ? Votre douleur est incurable. C'est à cause de la multitude de vos iniquités et de votre endurcissement dans le péché que je vous ai traitée de la sorte.

16. Mais un jour tous ceux qui vous dévorent, seront dévorés ; tous vos ennemis seront emmenés captifs ; ceux qui vous détruisent seront détruits ; et j'abandonnerai au pillage tous ceux qui vous pillent.

et qui te vastant, vastabuntur, cunctosque predatores tuos dabo in prædam.

17. Obducam enim cicatricem tibi, et à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus : quia ejectam vocaverunt te, Sion : Hec est, que nou habebat requirentem.

18. Hec dicit Dominus : Ecce ego convertam conversionem tabernaculorum Jacob, et tectis ejus misericordia, et adificabur civitas in excelso suo, et templa juxta ordinem suum fundabut.

19. Et egredietur de eis laus, voxque ludientum : et multiplicabeo eos, et non minuentur : et glorificabeo eos, et non attenuabuntur.

20. Et erunt filii ejus sicut à principio, et ceterus ejus coram me permanebit : et visitabo adversum omnes qui tribulant eum.

21. Et erit dux ejus ex eo : et princeps de medio ejus productor : et applicabo eum, et accedet ad me : quis enim iste est, qui applicet cor suum ut appropinquet mihi ? ait Dominus.

22. Et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum.

23. Ecce turbo Domini, furor egrediens, procera ruerus, in capite impiorum conquesceret.

24. Non avertet iram indignationis Dominus, donec faciat et compleat cogitationem cordis sui ; in novissimo dierum intelligentia ca.

## TRANSLATIO EX HEBRAEO.

4. Verbum quod fuit ad Irmeahu à Domino, dicendo : — 2. Sie dixit Dominus Deus Israel, dicendo : Scribe tibi omnia verba que locutus sum ad te, in libro. — 5. Ecce enim dies venient, dixit Dominus : et convertant captivitatem populi mei Israel et Iehudah, dixit Dominus : et redire faciam eos ad terram quam dodi patribus eorum : et possidetur eam. — 4. Et haec sunt verba que locutus est Dominus ad Israel et Iehudah : — 5. Quoniam sicut dixit Dominus : Vocem terroris audivimus : formido, et non est pax. — 6. Interrogate nunc, et videte si generat masculus : quare vidi omnium virum habentem manus super lumbos suos, tanquam parturientes, et conversae sunt omnes facies in auriginem? — 7. Vix, quia magna est dies illa, ita ut non sit similis illi : tempusque afflictionis est ipsi Iacob, et ex ipsis servabitur. — 8. Et erit in die illa, dixit Dominus exercitum : conterat jugum ejus de collo tuo, et vincula tua romperunt, et non redigent illum ultra in servitatem alieni : — 9. Sed servient Domino Deo suo, et David regi suo quem suscitabo eis. — 10. Tu ergo ne timeas, serve mi Iacob, dicit Dominus, neque peaves Israel : quia ecce ego salvificans te a longe, et semen tuum de terra captiuitatis eorum : et revertetur Iacob, et requiescet, et pacatus erit, et non erit qui exterreat : — 11. Quoniam ego sum, ait Dominus, ut salvi faciam te ; faciam enim consummationem in cunctis gentibus, in quibus dispersi te : te autem non faciam in consummationem : sed castigabo te in iudicio, ut non videaris tibi innoxius.

— 12. Sie enim dixit Dominus : Desperata fractura tua, difficilis plaga tua. — 15. Non est qui judicet iudicium tuum ad sanitatem ; medicinae curative non sunt tibi. — 14. Omnes amatores tui oblitii sunt tui, te non querent : plaga enim iniuncti percussi te, castigatione crudeli, propera multitudinem iniquitatis tue et quod multiplicata sunt peccata tua. — 15. Quid clamas super contritione tua? desperata dolor tuis ; propera multitudinem iniquitatis tue, quia multiplicata sunt peccata tua, feci haec tibi. — 16. Propterea omnes de vorantes te, et universi hostes tui in captiuitatem ibunt ; et erunt diripientes te in direptionem, et cunctos predatores te dabo in prædam. — 17. Adducam enim sanitatem tibi, et à plagiis tuis sanabo te, dixit Dominus : Quia ejectam vocaverunt te, Sion ista, non est requirentem eam. — 18. Sie dixit Dominus : Ecce reduco captiuitatem tabernaculorum Iacob, et habitaculorum ejus misericordia, et adificabur civitas super cumulum ejus, et palatum juxta dispositionem ejus manebit. — 19. Et egredietur ex eis gratiarum actio, et vox ludientum ; et multiplicare faciam eos, et non minuentur ; et glorificabeo eos, et non vilescent. — 20. Et erunt filii ejus sicut prius, et ceterus ejus coram me firmabitur ; et visitabo omnes qui opprimerent illum. — 21. Et erit fortis ejus ex eo ; et dominator ejus de medio ejus egredietur ; et appropinquare faciam eum, et accedet ad me : quis enim est iste, qui dulcerent cor suum ut appropinquet mihi, dixit Dominus ? — 22. Et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum. — 23. Ecce turbo Domini, cum furore egressus est, turbo imminens, super caput impiorum manebit. — 24. Non revertetur ira furoris Domini, donec faciat et donec statuat cogitationes cordis sui : in novissimo dierum intelligentia istud.

VERS. (1) 2. — LOCUTUS SUM (2), locuturus sum, id est, prophetiam que plena est verae consolations.

VERS. 3. — CAPTIVITATEM, id est, omnes fideles. Hic locus non est intelligendus de corporali liberatione Israëlis et Iudeæ, sed de spirituali; nam decem tribus ab Assyria nunquam redierunt in Iudeam, neque sunt rediturae (*en corps de peuple*, scilicet, ut infra 31, 18, et 50, 4). Chaldeus paraph, et interpretes doctissimi quidam ex Hebreis, referunt haec ad liberationem prostantam à Messia. Per terram intelligenda est terra viventium in sempiternum. Matth. 5 : *Beati mites: quoniam possidebunt terram.*

VERS. 4. — VERBA, sub, scribenda in libro. AD ISRAEL, vel de Israele et de Iudea.

VERS. 5. — VOCEM, etc. Subdient gentes in adventu Messiae. *Vocem stupendum audiri mus, vocem, inquam, pavorem, et vocem que omnem salutis et vite spem adimit;* q. d. : In adventu Messiae timebunt gentes fideles, et multis doloribus afficiuntur. Judei terrors istos ad bellum Gog et Magog referunt, qui adventus Christi erat successurus. Christiani totum locum intelligent de persecutions Ecclesiæ futurâ post Christum natum et prædicatum. Quidam ad persecutions Antichristi referunt. FORMIDIO ET NON EST PAX, vel *timor, et non vocem pacis.*

VERS. 6. — SI GENERAT MASCULUS; q. d. : Viri non solent parere : cur igitur sunt habitu mulierum parturient, ut usque adeo timeant?

VERS. 7. — VE, vel, *Hec. Ex ipsa servabitur* (3).

(1) VERS. 1. — HOC VERBUM QUOD FACTUM EST. Spiritus S. in Scripturis solet post promissionem temporaliun et carnalium evheare mentes prophetarum per promissiones spirituales et aeternas, quae in Christo adimplentur. Quare nunc transit ad veram liberatatem. (Clariss.)

(2) SCRIBE TIBI OMNIA VERBA QUE LOCUTUS SUM AD TE, IN LIBRO; vel *que loqueris, sive locuturas sum;* non enim hoc tempore vaticinie sua scripto tradere cepit Jeremias. Hoc illi imperavera. Deus anno Joakimi quartu; atque hoc vaticinat ad Secundæ regnum pertinere creditur. Imperabat prophetis Deus, ut quedam vaticinia majoris momenti in volumine scriberent, vulgariter, et populo audiente perlegent; quo certius cum rebus gestis conseruent, ubi explendorum tempus advenisset, constaretque, illa postrem gestam confita non fuisse, aut aliquibus additis demissive concinnata. (Calmet.)

(3) MAGNA DIES ILLA. *Magna*, id est, terribilis, et mira calamitas, instar diei iudicii, quæ prouide vocatur dies magna. Sophon. 1, v. 14; Jude v. 6; Apocal. 5, 17, et c. 6, v. 14.

Ex ipso. Hebr. ex ipsa, scilicet tribulatione, salvatus Israel : quia Deus conteret jugum eis, scilicet tyrannum, tum Nabuchodonosor, tum potius diabolus et Antichristi, ut nulli amplius serviat Israel, nisi Deus et Davidi, id est, Christo filio Davidis, tum in hæc vita, tum maxime in celo. Vide can. 21. Ita S. Hieron., Theodor., et passim aliis cum Chaldeo. Sic Christus vocatur David, Ezech. 37, v. 25; Theodor., tamen et S. Thom. per Davidem intelligent quoque Zorobabel, et Simonem Machabeum, posteros Davidis. Verum hi non fuerunt reges, immo tunc seruientes Judæi, et regibus et principibus, scilicet Persis, Græcis et Romanis. Misericordie ergo hic propheta typum cum antitypo : hecque magis antitypo quam typum convenienter. Vide can. 4 et 5. Scimus ergo propheta à Cyro avo-

q. d., patietur quidem Ecclesia in adventu Christi, sed ad tempus. Ista videntur implata tempore Christi et Apostolorum.

VERS. 8. — EIUS, sub, *diaboli*. VINCULA TUA, id est, vincula peccati et mortis quibus ante vincutus eras. ILLUM. A secunda ad tertiam transit, more Hebraico, pro te. (Vid. supra 25, 14.) ALIENI, alienos, vocat Satanam, mortem, et peccatum.

VERS. 9. — ET DAVID (1), id est : *Messia filio Davidis*, inquit Chaldeus paraph.

VERS. 10. — A LONGE. Hoc est, reducendo te è regione longinquâ, qui prius eras procul à me. Qui non credit in Christum, dicitur hic procul à Christo habere. (Infra, 46, 27, eadem verba exponit Vatablus : *Reducam te in patriam tuam ex terra longinqua.*) DE TERRA, etc., id est, à regione in qua capituli erant Sathanæ. REVERTETUR, sub, in Ecclesiæ. PACATUS, vel in tranquillitate erit.

VERS. 11. — FACIAM ENIM, etc. *Consummationem facere*, pro totum perdere, excindere funditus (vid. sup., 5, 10), q. d. : Perdat gentes inter quas dispersi fueris, at te non perdam utilias. In iudicio, id est, modo adhibito quem in castigando servare solo; sive in iudicio, id est, pro morte meo. hoc est, moderare. In iudicio punire, non summo jure agere, et exacta iustitia, sed modo quodam et aquitatem, non furor. SUCCIDENDO NON SUCCIDAM TE, vel exterminando non exterminabo te, id est, te omnino de medio non tollam. Vox Hebrei 7, 29 absolvere significat, quæ hic pro perdere accipitur (vid. infra, 46, 28, vel) mundando non mundabo te, id est, non excusat et ad purum putum excoquam, ut nihil ultra sordium in te sit; nam si hoc tentem, ferre handaqueum posses, et simili pessum iries.

VERS. 12. — DESPERATA FRACTURA TUA, vel plena doloris fracio, vel tribulatio tua, aegra est, etc. Tribulationem fidelium gravissimam sub antichristo futuram describit. (Vid. sup. 15, 18) (2).

lat ad Christum, ipsumque intelligit, non allegoricè, sed literally. (Corn. à Lap.)

(1) SERVENT DOMINO DHO SUO, et DAVID REGI SUO, id est, Zorobabel. Is David vocatur, et hic et Ezech. 25, et 37, 24, minirum sic ut Ptolomæo orti Ptolomæi, à Cesare Cesares. (Grotius.)

(2) Fractura, id est, 1<sup>o</sup> pena et plaga tua, potius vastatio Jerusalem et captivitas Babylonica, ait S. Hieron. et Theodor., q. d. : Inflixam tibi plagam quæ ab humana manu sanari non possit; ego tanquam post sephugia, annos eandem sanabo. Secundum, fractura haec est desolatio Iudeorum sub Tito, eorumque dispersio; haec insanabile est, quia ex decreto dei durabit usque ad Antichristum, à cojus, uti et diabolis, iuglo liberabit eos Christus, et ex eis civitatem, id est, Ecclesiæ, adificabit, v. 18; ita Lyran, et Vatab. Teriù, S. Hieron. per fracturam intelligit quoque plaga et persecutionem Ecclesiæ primitivæ, quam ipsa passa est à gentilibus imperatoribus per centocetos annos. Verum hic sensus non congruit hinc loco; illa enim persecutio non fuit pena peccati fideliem, sed fuit gloria et incrementum Ecclesiæ, quia tunc ipsa maximè per martyria crevit et floruit.

(Corn. à Lap.)

VERS. 15. — JUDICIJUM TUUM, causam tuam. AD SANITATEM, vel ad medelam; sub, inventandam; medicinae et curatio, etc., q. d. : Nullus est chirurgus qui indicare possit quo medicamine curari queat plaga tua. His multis modis describitur magnitudo plagarum Ecclesiæ.

VERS. 14. — AMATORES TUI, id est, qui antea videbantur te amare. TE NON QUERENT: vel nec te visitant; non querunt quomodo valeas. INIMICI, id est, quæ hostis hosti infligere solet, hoc est, lethali. CRUDELES, sub, hominis, quam infligere solet hostes et homines crudeles.

VERS. 15. — CONTRITIONE TUAB; ob afflictionem tuam? q. d. : Non est quod conqueraris, nam justè affligeris. DESPERATUS, doloris plenus, ut paulo ante, versus 12.

VERS. 16. — IN CAPTIVITATEM IBUNT; id est, peribunt ignis aeterno (1).

VERS. 17. — ADDUCAM ENIM SANITATEM TIBI, admovebo medelam tibi. (Vid. inf. 35, 5.) EJECTAM, sub, domo, q. d. : Hostes tui comparabunt te mulieri ejectam à domo viri; dixerint te à Deo esse derelictam; nec eum veracem esse in suis promissionibus, quæ non impletat; atque in hoc ledunt honorem Dei tui. SION ISTA, sub, dicens : Sion, etc. (q. d. : Urbs hac tantoper olim celebris, nullum nunc habet habitatorem.)

VERS. 18. — REDUCO, etc. Exponit metaphoram quid vocari medelam. Restituant Ecclesiæ suo nitor et pristinæ libertati. Jacob est Ecclesia universalis. Ha-

(1) OMNES QUI COMDUNT TE, DEVORABUNTUR. Chaldei, Assyrii, Egypti, Idumei, catarkeri, qui te affligeris osores tui atque oppressores, te è calamitatis emergente, vorabunt, in extum ruent. Hec superius dictorum confirmatione est, Deum scilicet in extraneos voluntati sue inimicos durissimum animadvertere, at in populis cùm quidam seviterite uti, quam criminum natura et gravitas postulant, sed ita ut penitus non debeat. Hec variis temporibus expleta luctuenter aperte apparetur. Assyrios, infestissimos Israëlis et Iudei tyrannos, Babylonii et Medi adhuc oppresores, ut vel ipsius imperii illorum nomen perierit. Chaldeorum regnum ita à Persis eversum est, ut nunquam emerserit. Egypti et Persas abolevit Alexander. Judaica gens, quæ in exilio ferme extincta ac destruta videbatur, statim in lucem reddit, susque, ut ita dicam, è cimeribus reparatur, et in pristinam gloriam et opulentiam restituantur. Minas, quæ hic legimus, prophete passim in eas gentes pronuntiavære. (Calmet.)

#### CAPUT XXXI.

1. In tempore illo, dicit Dominus : Ego Deus universis cognitionibus Israël, et ipsi erunt mihi in populum.

2. Hæc dicit Dominus : Inveni gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio : vadet ad requiem suam Israël.

3. Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te : id est attraxi te, miseratione.

4. Rursumque adificabo te, et adificaberis, virgo Israel : adhuc ornaberis tympanis tuis, et egredieris in choro ludentium.

bitacula seu tentoria, particulae Ecclesiæ. Cumulus seu collis; dignitas Ecclesiæ. SUPER CUMULUM EIUS, in colle suo, id est, in dignitate in quâ prius erat. JUXTA DISPOSITIONEM. Ad verbum, secundum jus suum sedebit, id est, ut deceat illud instauratum subsistat; hoc est, in dignitate in quâ prius erat. Quidam vertunt: *In toto suo resedebit.* Alii : *Et templum stabit more suo.*

VERS. 19. — LUDENTIUM, vel, saltantum (1). (Vid. inf. 31, 2).

VERS. 20. — EIUS, sub, *Jacob*, id est, Ecclesia universalis. FIRMAVIT, id est, adero fidelibus. VISITABO, id est, puniam.

VERS. 21. — FORTIS. De Messia loquitur, qui secundum carnem erat de genere Israël. (Chald. Paraphrases : *Et mutret se rex eorum ex ipsis, et Messias eorum de medio corum revelabit se.* Quod videtur fusiū in Pugione Martini, p. 504, et ita intelligent interpres tunctus veteres tunc recentiores; qui de *Zorobabelis* exponunt, ut Theodoreus, Grotius, Clericus, etc., hunc pro Christi habent, Calmet.) APPROBATIONE FACIAM TUM, vel invitabo eum ad me accedere. Qui dulcerit, id est, quasi blanditus et illecebris pellexit, sub certè erit Christus filius meus charissimus qui impletum voluntatem meam, qui accedit ad me cum fiduciâ, et orabit pro mortalibus. (3)

VERS. 23. — EGREGIUS EST, etc., vel egredietur, et turbò impendens, etc. MANEBIT, residebit.

VERS. 24. — NON REVERTETUR, etc., id est, non se dabitur. IRAM FURIOS, dixit, pro irâ vehementi. STAVIT, implevit. IN NOVISSIMO DIERUM (4). (Vid. Genes. 49, 1.) ISTUD, ad verbum, istam, sub, præfatiem.

(1) Non per dissolitionem, sed per devotionem, sicut dicebat David de seipso. 2 Regum 6 : *Ludens ante Dominum.* (Lyran.)

(2) SICUT A PRINCIPIO, id est, multi : prosequitur enim illam sententiam precedentis versi : *Multiplicabo eos.* Sensus mysticus ad Ecclesiæ commodissimum transfertur. Jacob, Christus; duodecim ejus filii, unde infiniti posteri propagati, duodecim Apostoli, qui infinitum Christianorum multitudinem generuerunt: civitas supra montem adificata, Ecclesia catholica omnibus conspicua, quæ latere non posset. (Maldonatus.)

(3) VERS. 22. — ET ERIT MIHI IN POPULEM, etc., vel, populus, etc., q. d. : Fidus renovabit inter Deum et populum. (Anglic. Ante.)

(4) Nempe tempore Messiae, et maxime sub finem mundi, intelligit ea que jam dixi; ita Dionysius et Lyranus.

#### CHAPITRE XXXI.

4. En ce temps-là, dit le Seigneur, je serai le Dieu de toutes les familles d'Israël, et ils seront mon peuple.

2. Voici ce que dit le Seigneur : mon peuple, qui avait échappé à l'épée, a trouvé grâce dans le désert, Israel ira à son repos.

3. Le Seigneur s'est fait voir à moi de loin. Je vous ai aimée d'un amour éternel ; c'est pourquoi je vous ai attirée à moi par la compassion que j'ai eue de vous.

4. Je vous édifierai encore, et vous serez édifiée de nouveau, vierge d'Israël ; vous paraîtrez encore en pompe au son de vos tambours, et vous marcherez au milieu des joueurs d'instruments